



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 67. Caroli Cæsar is oppositio adversus decimarum exactionem a Papa  
consessam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

articulo, quo Ducatus Pontifici fuit Sæc XVIII.  
adjudicatus, immote insistendum de- A.C. 1530  
cerneretur.

### §. LXVII.

#### *Caroli Cæsaris oppositio contra deci- marum exactionem a Papa concessam.*

Jam anno priori Carolus III. Palati-  
nus Elector allatis pluribus rationi-  
bus Clementem Papam eo induxit, ut  
ex Ecclesiasticorum bonis decimam par-  
tem exigendi facultatem eidem indul-  
geret. At quo promptior Pontifex  
erat in concedendo, eo morosiores  
erant hujus Regionis Ecclesiastici in  
elargiendo; cum enim per belli cala-  
mitates, hostiles exæctiones, hyberna-  
cula, aliasque expensas pene innume-  
ras damna immensa pertulissent, gra-  
ve nimis onus vix reslorescente pacis  
tranquillitate sibi imponi existimabant;  
quapropter hanc in rem Cæsaris offi-  
cium opemque supplices implorarunt:  
Nec eorum precibus defuit æquitas Im-  
peratoris, qui illico datis ad Electorem  
literis eundem hortabatur, ut attenta  
temporum injuria, & Cleri inopia de-  
cimarum exactionem differret: Eo  
etiam fine Romam ad suum Oratorem

Y 2 per-

Sæc. XVIII. perscripsit, dato negotio, ut summo  
 A. C. 1736. Pontifici graves illas exponeret rat-  
 nes, ob quas in præsenti rerum vici-  
 situdine concessus Electori favor Pal-  
 atino Clero haud tolerandus videretur.  
 Interim vero Jacobus Oddius Colonien-  
 sis Nuntius Apostolicus, insuperba-  
 bita Cæsarialis interpellatione decimas  
 pendi præcepit, & tres Ecclesiasticos,  
 qui eas colligerent, nominavit Id ubi  
 resciverat Imperator, mox edito Cæ-  
 sarei Consilii decreto inhibuit, ne dein-  
 ceps hæ decimæ exigerentur, & jam  
 jam exactæ nulla mora Palatini distri-  
 butus Clericis restituerentur, in trans-  
 gressores indicta capitali pœna & vigi-  
 ti marcarum auri multa Ceterum Pon-  
 tifex cognitis Viennæ gestis, & ponde-  
 ratis Palatini rationibus rem ea dexte-  
 ritate circumegit, ut ipsem Impera-  
 tor hanc decimarum exactionem ratam  
 haberet, & sua quoque auctoritate fit-  
 maret.

## §. LXVIII.

*Connubium solemne inter Mariam  
 Theresiam Austriæ Archiducissam  
 & Franciscum Stephanum  
 Lotharingiæ Ducem.*

Fl

